

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Agens De Rebvs Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumque usu, acquisitione,
conservatione, & alienatione

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 1. De immunitate locorum sacrorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61834](#)

dummodo cum justa, & probabili ignorantia sua, aut omnino absque negligencia sua constet, præscriptionem factam esse. Ignorantia enim sufficiens causa reputatur ad restitutionem concedendam, quemadmodum Bald. in l. 1. n. 24. C. qui admiss ad bonor. possess Anchæ. Consil. 70. n. 3. Curtius Senior in Consil. 82. n. 2. Felin. in c. Vigilanti de præscr. Gall. I. 2. obs. 19. n. 18. vocans communem opinionem. Isdem majoribus quatuor anni dantur pro tempore utili, sicut minoribus. At in præscriptione 30. & 40. annorum à prædicto beneficio excluduntur. Quia tanti temporis lapsus negligentiam arguit majorē,

quam cui favor, & gratia ulla tribuenda sit. V. Tuscb. Concl. 587. & V. restitutio in integrum Concl. 289. DD. in c. 1 & 2. de restit. in integr. Molin. Disp. 80. Less. c. 6. Dub. 18. Laym. l. cit. c. 8. ci. fin. Regin. l. 10. nu. 300. & 301. Greg. Lopez l. 8. tt. 29 par. 3. Palao l. cit. §. 17. etiam 30. aut 40. annorum præscriptionem majoribus concedendam esse probat, contra quam Cora. & alii nonnulli faciendum contendunt. Idem de probabili ignorantia afferit. n. 4. Secutus Comitol. qui l. 7. q. 17. omnino persuadere nititur, ignorantia præscriptionem non obesse. Contrarium vero leges præsumunt.

TITULUS XIV.

De immunitate Ecclesiastica.

IMmunitas Ecclesiastica est Jus, quo loca, res & personæ Ecclesiasticæ à cōmissione, leu obligatione liberæ, & exemptæ sunt: alibi libertas, & exemptione vocatur. arg. c. aduersus de immun. Ecclesiast. DIXI, loca, res, & personas pluraliter, quia unius alicujus particularis loci vel hominis exemptione immunitatis Ecclesiasticæ nomen non meretur, quando hæc universitatem, & statum generaliter concernit. Triplex esse assignata definitio indicat. 1. dicitur localis, quia Ecclesiæ, & similibus locis religiosis tribuitur. 2. realis, quæ rebus & bonis convenit. 3. personalis, quæ personis Ecclesiasticis debetur. De hac imminuitate nonnulla in Parte prima tit. 1. §. 4. diximus, quibus hic reliqua addemus. V. Vallenf. l. 3. Decretal. tt. 49. Azor T. 11. l. 9. c. 10.

§. I. *De immunitate locorum sacrorum.*

I. **I**Mmunitas Ecclesiistarum consistit Primò in cō, ne in illis celebrentur emptiones, venditiones, negotiationes, & nundinæ: item universitatum, & quartæcunq; Societatum concilia, cotiones, & publica parlamenta, multò minus fœda, & profana colloquia, & quæcunq; alia, quæ divinum officium perturbare possunt, abstinentem quoque à litibus, & judiciis tæ: ularibus, præsertim criminalibus, quæ sanguinis pœnam irrogent. c. 1. & c. Cum Ecclesia b. t. c. cessent eod. in 6. Alia illorum ratio est, quæ sunt voluntariae jurisdictionis, ut manumissio, colla-

330 §. I. DE IMMUNITATE LOCORVM SACRORVM.

Si graduum Academicorum, & similia.
Secundò, ne domus à Clericis inhabitare,
vel à Laicis conductæ, multò minus ipsa-
rum Ecclesiarū propriæ serviant hospiti-
bus recipiendis: nisi forte prius quam Ec-
clesia obtinerent ejusmodi oneribus fue-
rint gravatae, aut inopinatus Principis ad-
ventus id exigit. Tertiò, ne in illis recipiā-
tur suppellexilia privatorum, nisi urgeat
necessitas, & in eos anittendi. c. fin. de cu-
stodia Eucharistia; ea lege ramen, ut subla-
ta necessitate iterum efferantur. Quartò,
ne in propugnacula, & Castella transfor-
mentur, vel in servitutem redigantur à
Laicis c. Sanctorum 10. q. 1. Episcopus tamē
in casu necessitatis permittere potest,
dummodo cessante necessitate in priorē
statum reducantur. Quintò, in eo, quod
reus ad Ecclesiam confugiens extrahi ad
penam aut mortem non possit, de quo
postea. Hoc enim Ecclesiæ honor, & dig-
nitas exigit, ne ethnorum aræ, & statuæ
potiores esse videantur. Pias. sec. part. 2. c. 4.
Gujerius l. 1. c. 1. Cor. Var. l. 2. c. 20. nu. 14
Sily V. Immunitas num. 3. & seq.

II. Immunitate gaudent omnia prī-
mò templo, & lacella auctoritate Episco-
pi constituta & consecrata, vel alio modo
deputata ad publicum sacrificii, & sacra-
mentorum usum. c. pen. de immun. Eccl. ubi
Greg. IX Eccl., in quâ divina mysteria
celebrantur, licet adhuc non extiterit
consecrata, nullo jure privilegium im-
munitatis adimitur, quia obsequiis divi-
na mysteria celebrantur. Sic interpretan-
tur DD. apud Birbolam, ut etiam de ap-
petitudine valeat. Sufficit enim, si inibi pos-
sunt divina celebrari. N c obstat si inter-
dicta est. Silv. n. 2. Idem de Oratoriis di-
cendum licet non consecratis, modò ad

sacrum usum Episcopi auctoritate depu-
tata sint. Panor. in c. cit. b. t. Cor. l. 2. Vm.
c. 20. n. 4. Silv. V. immunit. n. 1. Angel. ib. n. 25.
Tabiena n. 14. Armill. n. 10. Greg. Lopez. par. n.
te. 11. l. 4. Iul. Clarus l. 5. receptar. S. fin. q. 30.
n. 4. Paz. præct. Tom. 1. par. 5. c. 3. q. 3. n. 24.
Sanchez l. 6. Consil. moral. c. 1. Dub. 7. Zerole
par. 1. V. immunit. Pias. sec. l. 2. par. 4. n. 5. l. 2. ll.
l. 9. c. 8. Em. Sa V. Eccl. immunit. Canis. in Sum.
l. 2. tt. 2. 4. Lupus. tract. de potest. Eccl. p. 2. q.
11. Suarez. in defens. fid. Cathol. l. 4. c. 1. Zp.
de jurisd. Eccl. l. 1. c. 3. 4. Filius. tract. 24. q. 9.
num. 236.

III. Eandem immunitatem partici-
pant cemeteria. c. cum in Ecclesia h. i. &
ibi Abb. Navar. c. 25. num. 17. Silv. V. immu.
n. 3. Tuschus. concl. 227. Idem domus Epis-
copi, Monasteria hospitalia, aliaque pia
loca. Barb. in c. Ecclesia de immunit. Eccl. Gam-
bare. . . . al. 4. c. 1. atria quoque, porticus,
templorum, sacraria, & habitacula. c. si
quis contumax 17. q. 4. Nam quæ locis re-
ligiosis adhærent, religiosa sunt l. 44. f.
de reivendicat. Comprehendi etiam do-
mos, & atria, & quæcunque loca existen-
tia in circuitu quadraginta passuum in
Ecclesiis majoribus, in minoribus vero
triginta, c. sicut antiquitus, & c. quisquæ-
dem quæst. quarta dicitur. Domos dico
Clericorum, immo Laicorum quoque
construetas intra prædictos limites, ut
Barb. in c. si quis contumax 17. q. 6. nosat,
præterim, si Laici illi Ecclesiæ inserviant,
per iando campanas, Ecclesiam mundam
servant, & similia præstanto. Idem Barb.
advertisit immunitatem localem de spatio
30. & 40. passuum non habere locum in
Ecclesiis, quæ sunt intra ambitum ca-
stellorum, & hoc propter angustiam lo-
ci. Alex. Consil. 145. German. l. 3. c. 16. Ho-
die

PARS II.TIT.XIV.DE IMMUNITATE ECCLES.

57

Die vero non viderit ullibi in usu esse.
Eph. Sa. V. Eccles. immunit. num. 1.

IV. Ut Synodi olim in Ecclesiis age-
bantur, sic etiam causa Ecclesiasticae. c.
praeceptum 2. q. 2. c. qua fronte de appell. nunc
vero postquam judiciorum forma eau-
sidiorum & tabularum abusibus sancti-
tatem amilis, consultius visum est, extra
Ecclesiam in certis domibus aut conclavi-
bus judicia celebrare. Nulla igitur hoc
tempore quo adhuc, inter saecularem &
Ecclesiasticum Judicem differentia est.
Uterque Ecclesiam visitat, & alibi dicasterium
frequentat. Sed nonnullis visum est
durius, quod Greg. X. in c. decet de immun.
Eccles. in 6. Judicum saecularium sentencias
in locis Deo dicatis prolatas omni robo-
re trinitatis carere vult, quasi per hoc
falsum in alienam messem immittat. Sed
tum ratione loci, tum peccati ea potestas
summo praesoli competit, ut notatur in
c. 1. de usuris in 6. Et sane & quom est ex
regula Juris, (qua est 64. de Reg. Jur. in 6.)
quod ea, que contra ius sunt, pro infes-
tis habeantur: nec rationi adversatur,
quod jurisdictionem suam penali sen-
tentia judex tuetur. Quin etiam praedi-
ca pena ut saecularis videatur, ad finem
spiritualem a Gregorio intentum deser-
vit, eoque se ipsius supra potestas ex-
tendit. Zypa in l. 1. de jurisdict. cap. 34. num.
14. V. que dix. in part. 1. sum. tit. 14. §. 2. & 3.

§. II.

De immunitate Ecclesie reali.

I. PRIMOS Christianos venditis bonis
suis eorumque pretio in unum
collato, communem vitam egisse, inde
alimoniam coepisse ex c. 4. Actor. notum
est. Ecclesia dominium, & administratio-
nem praepositi, distributionem Diaconi
habebant. Postea vero hominum nume-

ro & possessionum accessu majore con-
sultius visum est, ipsa praedia & immobi-
lia bona Ecclesie tradere, ut ipsa ex eo-
rum redditibus ac proventibus annuis
ministris & officiales alaret, quemadmo-
dum in lege veteri quoque, non tantum
fructuum decimas, sed etiam certam par-
tem civitatum ac praediorum in singulis
tribubus ex Dei mandato Levita posse-
derunt. c. 34. Numer. De illis ergo bonis,
qua Ecclesia in communi possidet, sive
domini, sive administrationis titulo,
qua immunitate gaudeant. Quamvis
nam de proventibus personarum in pri-
ma part. 1. §. 4. Satis dictum est.

II. Bona Ecclesiarum propria non vin-
ciuntur, aut gravantur legibus civilibus,
qua circa donationes, testamenta, aut
contra & us aliiquid disponunt. Unde pri-
mo quilibet rem suam Ecclesiae donare
potest. I. Generali l. Iubemus de sacros Eccles.
2. donare inter vivos sine insinuatione,
quamvis excedat quantitatem 500. au-
reorum l. pen. C. de donat. Imo excedere
summam praedictam licet, quo usque plas-
cuerit Ostiens. & Ioan. Andr. in c. ult. de solnt.
3. legata testamento relicta Ecclesiae va-
lent, licet testamentum solemni juris for-
ma careat. c. Cum effes. de testam. Duo vel
tres testes sufficiunt, quamvis ias civile
septem requirat. Imo si irritum omnino
fuerit testamentum. Cov. in c. relat. de test.
Neque interest, sive heres hereditatem
adeat, sive non iur. Cov. citat. probat ex c.
Raynald de testam. 4. dominium rei in Ec-
clesias transfertur solo pacto. id est nuda
rei promissione, cum tamen in aliis ne-
cessaria sit traditio. Iut inter divinas C. de
Sacros. Eccles. In emptione tamen requiritur
solutio pretii, vel fides de illo. 5. Quod ex
XXX 2 pecunia